verborumq pugnas non necessarias devitent admoneant. De quibus omnibus volumus ut Fid. vrae cum Generoso Paulo Scherbicz Decretorum nostrorum Notario conferant Si vero hac protractatione aliqua partium sibi præjudicari putaverit illi cum Fid. vras vel eos quorum id officij fuerit protestari et quartum de iure competierit agendi facultatem reservamus Fid. itaq vrae secus non faciant pro gratia nra etc.

Libera venditio

Sigismundus etc. Scanius

Quia nos ad intercessionem certorum consiliariorum nostrorum pro Nobili Laurentio Swiecskowskij apud nos factam ipsi libertatem eam dari et concedendam esse duximus quemadmodum præsentibus litteris nostris damus et concedimus ut possit et valeat tam per se quam per familiam suam absq quovis impedimento et contradictione mercaturam rerum ad victum pertinentium exercere tum et liquores cuiusvis generis propinare idq tamen in Regno nro Poloniæ et dominijs eidem subiectis quam in magno Ducatu Lithuaniæ tam durante comitijs quam extra comitia Quod ad Universorum quorum interest præsertim vero officialium quorumvis tam curiæ quam civitatum Regni et Magni Ducatus Lithuaniæ notitiam deferimus Mandantes ut memoratum Laurentium Swiecskowskij in hac præsenti concessione nra conservent conservariq ab alijs curent pro gratia etc.

Confirmatio

Sigismundus etc.

Oblatas nobis esse literas nomine et ex parte Hermanni von Sacken manu Illmi Dni Magni Epi Ozilliensis et Curonien. Administratoris Epatus Revalien. heredis etc. etc. subscriptas eiusq sigillo munitas integras nullaq ex parte suspectas donorem nobilis Valci in districtu Amboten. iacen. in quo vici duo rustici Kaupo et Korster dicti resident in se continen. supplicatumq est a nobis ut ea authoritate nra Regia approbare et confirmare dignaremur Earum vero tenor talis est etc.

Renovatio Privilegij

Sigismundus etc.

Quomodo licet Nobilis Hermannus von Sacken Privilegium habuerit per Illmum Dnum Magnum Epum Ozilliensem et Curonien. Administratorem Epatus Revalien. heredem ipsi eiusq successoribus super unum uncum in quo duo Rustici Timbur et Pegsre dicti resident et ad hunc usq tempus tenent et possident datum tamen quia illud ingruente belli necessitate casu fortuito sit

869